Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

fulgurantis hastae tuae.
In fremitu conculcabis terram in furore obstupe
facies gentes.
Egressus es in salutem populi tui in salutem
cum xpo tuo.
Percussisti caput de domo impii denudasti
fundamentum usq. ad collum.
Maledixisti sceptris eius capita bellatorum eius
venientibus ut turbo ad dispgendum me.
Exultatio eorum sicut eius qui devorat pau
perem in abscondito.
Viam fecisti in mari equis tuis in luto aqua
rum multarum.
Audivi et conturbatus est venter meus a voce
contremuerunt labia mea.
Ingrediatur putredo in ossibus meis et subter
me scaturat.
Vt requiescam in die tribulationis et ascendam